



FASCES ACADEMICOS

*Serenissimo & Celsissimo*

PRINCIPI AC DOMINO,

DN. IOHANNI  
GVILLELMO

DVCI SAXONIÆ, JVLIA CI, CLIVIÆ AC  
MONTIVM, LANDGRAVIO THVRINGIÆ, MAR-  
CHIONI MISNIÆ, PRINCIPI HENNEBERGICO,  
COMITI MARCÆ ET RAVENSBVRGI, DY.

NASTÆ IN RAVENSTEIN.

DIE XXIII. FEBR. ANNO M DC LXXXIX.

RITE DELATOS

SUBMISSO ANIMI CVLTV

ADMIRATVR

EJVS CELSITVDINIS

DEVOTISSIMVS CLIENS

LUDOVICVS HENRICVS à WVRMB.

JENÆ,

LITERIS IOAN. ZACH. NISI.

SISTE VIATOR GRADVM

buc præteriens,

trophea aspiciens,

quæ amor civium, non arma hostium posuere

SERENISSIMO ET CELSISIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

**DN. JOHANNI GVILIELMO.**

PRINCIPI, inter Principes non ultimo

**DOMINO**, qui non sanguine perfuso, sed infuso  
dominium sibi in suos vendicat.

Ut enim cives ad obsequium devinceret  
vicit amore.

O Amor & Delicum Patriæ,  
immo Pater in juventute Patriæ.

Aurea Tu dignus statuâ,

Quod Te regnante,

aurea rediisse secula videantur.

Candide Viator,

fige paululum pedem,

pedem fige, & mirare,

quantum honorum in Hoc Salana acceperit;

Quantum virtutum Hic in se incluserit,

quod se nusquam nisi in se inveniat;

Quantum Hic præsenti ævo sit datus,

postero relicturus,

vel admirationis, vel imitationis;

Neque pauciora virtutum exempla dabit,  
quam à Majoribus accepit:

Quinimo  
accepta primis annis cum fœnore rependit,  
in juventute Senectutis specimina edens,  
dum teneris suis humeris,  
fasces vere fasces academicos imponere gaudet.  
Nec Hunc labor iste gravabit!

Licet enim honos, onus,  
quem sudore mordaci superi venalem habent,  
tamen tenerum animum sudore indurare studet,  
ut aliquando Atnæ instar,  
tepidi subditorum effectui,  
affectu calidissimo respondeat.

Probe callens,  
oneri supponere humeros,  
fortium esse.  
Orbem sustentare,  
Atlantis & succollantis esse Herculis.

Aëre famæ nihil gravius;  
Fumo honoris nihil ponderosius;  
imo hæc esse mortalium fata,  
leve nihil,  
omnia gravia,  
nisi quæ fama gravitate levat.

*Levi enim anhelitu spiritus exspirat  
virtus spirat in secula,  
solaque famâ post vitam virtus vivit,  
qua vivit posteritati.  
Hem Viator Candide!  
collige quid sit futurum.*

*Quem enim excelsa virtus vivum æternitati  
adscribit, m̄hi os A  
quid æternitas, seu ut rectius loquar, posteritas faciet?*

*Nostrum est  
Hujus encomio, quod supra omne est encomium  
adscribere:*

**FELICITER FELICITER!**

*Felix sit introitus,  
felicior transitus,  
felicissimus exitus.*

*Adeo, ut sub umbra Hujus alarum  
Alma Salana  
vigeat felicissime,  
floreat quam diutissime.*

*Perge Viator,  
Et quæ imitari non potes,  
mirare.*

(O)



# FASCES ACADEMICOS

Serenissimo & Celsissimo

PRINCIPI


DN.  
GV

DVCI SAXO  
MONTIVM, L  
CHIONI MISN  
COMITI M

DIE XXV

EJ

LVDOV



ANNI  
LMO  
CL, CLIVIAE AC  
HVRINGIAE, MAR  
HENNEBERGICO,  
NSBURGI, DY.  
NSTEIN.

DC LXXXIX.

CVLT V

V DINIS

EENS

VS à WVRMB.

JENAE,

LITERIS IOAN, ZACH, NISI.

8.